Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Luciani Inter Charonem et Mercurium dialogus

https://hdl.handle.net/1874/342811

Luciani inter Charonem et Mercuriū dialogus.

¶ Luciani dialogus qui inscribitur maior Charon latin⁹ per phenicū denuo factus ad reuerendū prēm dn̄m Joannem Cardinalem morinensem Incipit fęliciter.

¶ Prologus.

Eraphius vrbinas vir vtriusq̧ iuris interpres nostri temporis primarius reuerendissime pater gentilium libros de optimarum artium studijs. cum datur ocium frequentius legere soleret is nuper cum Luciani philosophi apud grecos suo tempore clarissimi quendam legeret dialogum, qui inscribitur Charon latin⁹ nescio quo interprete iamdiu factuz me pro mutua inter nos consuetudine rogauit vt illum sui gratia emendarem corrigeremq̧. Quoniā extarent q̧ multa in eo mendosa q̄ ad sententias explicandas vt in plurimum esset opus sibylla interprete Ego vero illi viro in primis doctissimo mihiq̧ amicissimo morem gerere cupiens dialogum illum cepi prius grecuz deinde pariter ꝛ latinū quē vt vidi minime sum miratus si parū aut nihil latine intelligi poterat. quoniā nō conuersus. sed maiori ex parte cōfusus ac puersus erat. Grece enī cū distincte atq̧ dilucide loquatur apud nos distorte ꝛ conturbate per omnia fere procedit Itaq̧ his immensis erroribus permotus eum denuo e greco in latinum traduxi verbis latinis ita instructum vt cum iucunditate legi. ꝛ sine difficultate possit intelligi. Cum vero hunc ipsum conscriberem non de nihilo tua dominatio mihi occurrit quā nō me fugit litteratorum virorum esse amantissimā vt qui ad bonos mores ꝛ humanę vitę instituta spectant eos sermones summa cum auiditate ꝛ legere et audire solere. Hunc igitur dialogum quē tuo dedicaui obsequio vt qua me soles ea cum benignitate suscipias rogo Quē quidem cum legeris nimirum ꝛ proculdubio letaberis Sed opus est attentione quoniam Mercurius iam loquitur cuz Charone.

Item verbis [illegible] ornatus [illegible] membris
[illegible] verbis [illegible] fuit [illegible] tertium terminum colonus
verbum [illegible] sermo qui [illegible] ornatus
[illegible] sermo [illegible] fuit verbis [illegible]
et apponit [illegible] verbum [illegible]
[illegible] ab [illegible] numeris [illegible]
ut [illegible] ab [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ab [illegible] [illegible]
[illegible] ad [illegible] ut [illegible]
[illegible]
Item [illegible] natura [illegible] aut [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]
[illegible]
Item [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] aliquid sibi [illegible] est
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] aut [illegible] [illegible]
[illegible]

Item [illegible] [illegible] aut
[illegible] loquendi [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]
Item [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]
Item [illegible] [illegible]
[illegible]

Item vendicatur contra illud quod cras fiet
dignum sit
Item cymba est lata navis cum
bredscheff multa sunt nova
navium et cymbarum nomina
lembus lembi lyntir est schoffa
Item scapha cum tarschiff est
navis piscatorum
Item cymbium est poculum factum
simile navi
Gratia de venia et sententia
licentia est de permissa libertas
et status vendendi licentia detegendo
sumitur
Item venia est remissio et etiam relaxatio
Et ut oras si vis decoras decoras
fratres pedibus quod sit proximo ora
singulis rogando
varie vel dispositas mans renovare valent
Cerberus et pluto soli sunt argua tenent
[illegible] nec [illegible]

Dialogi argumentum.

Demon ille nomine Charon qui vt poetę aiunt mortuorum animas per acherontē flumē trāsfert ad inferos. cupiēs res hoīm actusq; cognoscere exorata a plutone vnius diei venia. viuentium regionem ascendit. atq; in primis cū vidisset quēdam ab amico vocatum ad cenā. seq; iturum illi pollicitum repentino imbricis ictu humi mortuum cecidisse, vehementer arrisit. ei ridenti Mercurius iouis iussu ex negocio missus obuiat. suiq; risus causam rogat. sic inquiens.

Incipit dialogus cuius interlocutores primi sunt Mercurius & Charon. Mercurius

Quid rides o charon & quid apud superos relicta cymba venisti: q̄ nō sis solitus ītueri lucē. Charon. Ego quidem o mercuri iam optaui res hoīm actusq; videre q̄ cum e vita decedūt tanto cum dolore merent. Nam sine lachrymis ac merore apud nos nauigat nemo. Itaq; a plutone exorata venia vnius dūtaxat diei. ceu thesalus ille adolescēs omisso paululū officio remigandi hanc lucē ascēdi. Qua in re hūc tuū occursum dico mihi commodissimū. Nā cū res humanas p̄be teneas. eas mihi vt ostēdas velim. Mercuri⁹. Nō est mihi impsentiarū ociū. iussa ēm iouis ad obeūda negocia pergo. q̄ cū sit acutus ad iram vereor ne si tard⁹ fuero me adiiciat familię vestrę a celorum culmīe deiiciēs. Et ego instar vulcani pede altero claudicās vobis exhibeā risum pocula in īferis ppinādo. Cha. Nō potes o mercuri hac cautela iure tuū mihi denegare obsequiū. cum cōnauta sis mihi apud īferos Atq̄ meminisse debes. q̄ nec sentinā exhaurire nec remū trahere te iubeo q̄q̄ sis humeros lat⁹ & valeas lacertis. sed trāstra supsedēs. & qñq; recubās distent⁹ cū mortuorū quouis tota nauigatōe cōfabuleris. Et ego senex & solus vt plurimū duco byremē. Itaq; te amice rogo vt nō desis huic improbo desiderio meo. Nō si me deseris a cęcis differā nihil. nā ceu illi errant ac labūtur in tenebris. sic ego lippis oculis lumen aspicio. Verum si mihi morem geres nec diem nec operam perdidisse cognosces. Mercurius. Res ista sine plagis et pugnis. et sine magno meo malo q̄ fieri possit non

video Tu punctó temporis ea putas posse videri que intueri
longiori opus ē die Necio pconis voce facere mihi licz iniuſ
ſu iouis Tu pterea ſi hic iter mortales morā trahēs nō trāſue
ctabis in tpe mortuos plutonis regno dederis pauperiē. Ea
cus quoq3 egre feret ſi intelligat ſibi fraudari portoriū. in his
tn̄ difficultatib9 maiori meo cū piculo gerā tibi morē. verū q̄d
ſit op9 facto iā aīm ꝟtam9 Charon. Hec tuopte pſpice ingeīo
o mercuri Nā q̄ ſunt ſupra terrā cū ſim pegrin9 eoꝝ nihil no-
ui. Mercu. Excelſiori quodā loco nobis ē op9 o Charon. vn̄
oīa pſpici poſſint Et ſi q̄res aſcēdere celū nullus eēt nobis la
bor Nā ex eo loco q̄ſi e quadā ſpecula intueri liceret. verū tibi
qui inter manes ppetuo ꝟſaris cū iouis regna ingredi fas nō
ſit res ipſa admonet vt aliquē eminentiorē locū cōſideremus.
Charon Que ſolit9 ſum dicere vobis o mercuri cū nauigam9
ea te meminiſſe decet Nā qn̄ vis ventoꝝ vela vehemēter īpetit.
intumeſcitq3 fluctib9 vnda. voſq3 nauigatōnis impiti iubetis
nūc vela laxari. nūc cōtrahi. aut ea pmittere vētis. ego in pup
pi ſedens ac clauū tenēs nō neſcius eoꝝ que factu opus ſunt
vobis ſilentiū indico Eodē modo tu mercuri ceu gubernator
in huiōi re ea facies q̄ potiora putes. ego ꝟo vt lex extat apud
laphitas tacitus ſedēs his q̄ iuſſeris parebo. Mercuri. dicis
q̄d vellē: iā tibi indico ſilentiū. inuenio certe ſpeculam huic rei
idoneā. Nā caucaſus mons vel illo celſior pnaſus. aut vtroq3
eminētior olimpus erit ꝯmodior. Nō de nihilo cū aſpicio me
mini olimpū. ſed opa tua mihi ē opus Charon. Jube. Nam
quoad valeo tibi opam p̄ſtabo. Mer. Extat apud homeꝝ po
etā inter grecos clariſſimū q̄ duo eoli filij cū adhuc pueri eēnt
oſſam a radicib9 euellētes olimpo ſupimpoſuerūt. deīn pel yō
ſup oſſam rati p hūc modū poſſe aſcēdere celū. ſed q2 vt iouis
hoſtes dederūt merito penas. Nos ꝟo cū nihil aduerſus deos
agam9 q̄d obſtat ne mōtes mōtib9 ſupiponam9: vt de ſubli-
miori quodā loco cūcta ītueri poſſim9 Cha. poterimus ne o
mercuri nos duo pel yō eleuare ꝛ oſſam Mer. Quidni o cha-
ron An cēſes nos q̄ inter diuos nūeramur illis adoleſcētibus
eſſe ībecilliores. Cha. Mime At nō videt credibile. q2 res tā
ta p nos duos poſſit fieri Mer. Tard9 es igenio charō. ꝛ poe-
taꝝ mīme perit9, nā homer9 vt ſupra dixi poeta in pmis clar9

duob9 versib9 ascẽsum nobis fecit in celū Adeo facile montes montib9 supimponit. Qđ si hoc miraris. q̇d diceres si athlan ta cognosceres. quē hūeris celū sustinuisse cūcti fere decantāt poetę: is vt aliqn̄ ab eo q̇escerat labore asserūt herculē iouis z alcmene filiū illi tātę moli supposuisse caput. Cha. Ista etiam audiui. sz ne v̄a sint tu Mer. ac poetę norint Nos nr̄m negoci um p̄seq̄mur Mer. Uerissima sunt o charō Nec sapiētissiōs hoīes ista finxisse putes. Uez vt ais pri9 submoueam9. velu ti homer9 ipse architect9 optim9 nos suo carmine monet Aye sursum iā lacertis robustiorib9 O cernis q̄ facile cōfecim9 fa brica Ascendā igit vt videā an h̄ sit satis. vł aliū opz montē im poni Humilł nimiū rei nrē hęc eminētia ē. Nā ab ortu solł vix ionia lidia q3 videnł ob occasu italia solū ac sicilia. ab aq̄lone hyster z ab austro creta Nec ista liq̇do apparet Quare oeta no bis ētiā moueđ9. z sup oēs p̄nasum ip̄m poni opz. Cha. ita faciam9. sz vide ne supra modū op9 extollētes sił cū illo humi ruam9 z acerbū in huiōi fabrica cōfractis ceruicib9 piculū fa ciam9 Mer. Bono sis aīo in tuto cūcta cōsistāt oetā nūc sup imponam9 olympo. en rursus ascēdo. exaimis suz. cūcta vndi q3 apparēt Cha. da dextraz. O tantā molē me iubes ascēdere! Mer. An ignoras q̄ nihil magnū sine piculo q̇s cōseq̇ pōt. te ne dextrā. Caue ne ponas i lubrico pedē O fcm̄ iā bn̄ ascēdisti At certe h̄ p̄nasus biceps ē Cōprehēdam9 vtrū q3 v̄ticē ei9 vt queam9 cūcta p̄spicere. iā orbē terrę vides Cha. Uideo terrā satis latā quā ingēs q̇dā circūlabił stagnū. cerno montes et flumīa cocyto z phlegetōte maiora hoīesq3 pusillos z eaz do mos q̄si q̇sdā nidulos Mer. vrbes illę q̇dē sūt. q̄s tu nidulos appellas Cha. Uideo o mercuri frustra nrōs fuisse conat9. et pernasum cū castalio z oetē paz p̄dcē Nā nō veni vt mōtes z fluīa p̄spicerē. sz ītueri cupio hoīm act9 z q̇b9 reb9 initanł pci pere qđ tum scire licuit cū mihi ridēti obuiasti. z mei risus in terrogasti cām quaz ex nimio risu tibi apire neq̇ui Mer. Quę nā fuit illa. cedo. Cha. Ego dicā tibi. Cū q̇dā ab amico voca ret ad cenā seq̄ituz illi p̄misisset. repēte ictu imbricis q̇ nescio quō ex tecto decidit exaimis humū capite pulsauit. h̄ cū aspe xi risi vehemēter. qz qđ p̄miserat nō p̄stitit. vez aliā aggrediā mur viā: vt q̄ cupiā ea p̄cipe z intueri valeā Mer. Manesis.

Nā te eb huiđi cura leuabo rq̄ cupis ea luce clari⁹ intuearis vi carminū efficiā q̄b⁹ iteꝝ ac sepi⁹ ꝑfatis eripiā nūb ē q̄ tibi oculos caligat Cha. Pręfare carmē Mer. Iā detersi caliginem ab ocul' vt ait poeta q̄ cū cec⁹ eēt ꝓbe nouit deos ꝛ hoīes Cha. Homeꝝ dicis is nimiꝝ cec⁹ fuit Quid cōtraxisti frontē noui eq̄dē illū ipm quē tu dicis homeꝝ. Mer. Tu remo ꝛ naui sp incūbēs nosti homeꝝ Cha. Noli artē nauigādi mihi iprobrare qd̄ te haut q̄q̄ꝫ decet Sꝫ qd̄ illū ꝓbe noui hic scire vl' maxīe potes. Nam ꝑ acherōta cū illū naui trāsueherē orta tēpestate eos ꝟsus canere cepit. q̄b⁹ infaustū nauigantib⁹ iter describit Neptun⁹ nubes collegerat atq̄ꝫ tridēte Immisso miscꝫ vasto cū murmure pontū. Et pelag⁹ totū cōmouit sedib⁹ imis. Et cū vnda vehemētiori turbie cōcita puppī repēte irrueret illā q̄ꝫ pene euertisset hec ꝛ alia euomit carmia Sꝫ dicas mihi velim q̄s ille q̄ tāta carne suffult⁹ forma ꝛ corꝑis magnitudie de cor⁹ ꝟtice ceteros supeminet mortales Mer. ille est Milo crotonias cui⁹ de laudib⁹ vniuersa reboat grecia. q̄ olympię per stadiū humeris suis sustinuerit bouē. Cha. q̄to maiori pręconio dign⁹ es charō q̄ꝫ Milo q̄ paulopost charonis cymbę imponet. tuꝫ se ꝓstratū abiectū q̄ꝫ videbit plorabit q̄ꝫ memor palmaꝝ ac laudū suaꝝ nūc q̄ taurū in humeris in stadio sustinet nō cēset ad nos aliq̄n se eē vētuꝝ Mer. In tāto corꝑis robore nō cadit cogitatio mortis Cha. O mittam⁹ in ꝑntia risuꝫ quē dū nauigabim⁹ Milo nobis abūde ꝑstabit. cū nedū tauꝝ sed calicē sustinere neq̄bit At q̄s ille alter forma ꝛ spē honest⁹ Nō quidē grec⁹. ceu ex ipso habitu apparet Mer. Cyr⁹ o charō fili⁹ cābisis q̄ a medis in ꝑsas trāstulit impiū ꝛ q̄ deuictis assyriꝭs babylonē redegit in ditōem suā. ꝛ nūc libiā tendit. Creso bellū illatur⁹ vt eius regno potiat' Cha. Ubi nūc cresus ille? Mer. illic fige ītuitū. vides ne arcē triplici muro cinctā Cha. video Mer. Sardis illa ē regni caput. itē ille ē cresus qui aureo recubās strato ꝟba facit cū Solone atheniēsi ph̄o. Cha. Quid nā iter se cōfabulant'? Mer. Audire ne cupis? Cha. q̄doni Mer. audiam⁹ igit' Cresus Attice hospes diuitias vidisti ac thesauros meos ꝛ q̄tuꝫ argēti auri q̄ꝫ defecati. ꝛ q̄ꝫ plēs me sequunt' opes Cedo ex cūctis mortalib⁹ noscis quē infelicitateꝫ me haberi existimes? Cha. q̄d ꝛ̄ndebit Solō? Mer. nihil

humile nihilq3 abiectū qd̄ ipse audiēdo pcipies Solō Quos
in vita noui eoꝝ duco eē felicissimos cleobin ꝛ bicleō sacerdo
tis agricole filios q̄ mrēm curru ipositā cū iumēto traderēt iu
go colla subeūda iunōis phanū vsq3 pduxerūt Cresus H̄ sibi
habebāt pacto pores istas felicitatis ptes. at cui attribuis se
cūdas Solō. telo atheniēsi q̄ q̄ ad vixit rcēr. p bevixit. ꝛ ad po
streinū p patria mortē subire nō formidauit Cre. Igit nō vir e
oz tibi q̄q̄ pacto dici btūs. Solō. haud qdē Nā nisi ad finē q̄s
veiat vite nō pt rcē dici meo iudicio btūs Quippe in morte re
ctū btitatis existit argumētū. Cha. Perpulcre solō ac nri me
moꝛ q̄ añ ipam nauigatōem nō censet rectū de hoīs felicitate
posse dari iudiciū Uerꝝ q̄s cresus delegit q̄ sunt qd̄ ve insup
secū ferūt Mer. Aureos lateres apollini phitio cresus obla
tū mittit oraculi grā quo nimiꝝ pibit Nā supra modū aruspi
ces seqtur ꝛ ariolos Cha. Est ne illd̄ auꝝ qd̄ suo splēdore mor
tales vt audio faciūt sāti id nūc pmū vidi Mer. Illud ē o cha
ron. p quo indesinēter certat inter hoies Cha. Equidē nō vi
deo qd in se cōtineat boni nisi hoc solū q ferētib9 graue sit on9
Mer. Bella isidie. furta. cedes. piuria. peculat9 sacrilegia. na
uigatōes seruitia p illo enixe fiūt Cha. Illud habere vl nō. pa
rū pfecto refert Nā cū ad nos descēdūt pter obulū quē p por
torio a singulis colligo pus q3 nauim ingrediant afferūt nihil
Mer. Pro illo sane eo insaniūt qd̄ e terre visceribus ceu plūbū
effodiūt Cha. Extremā quandā de mortalib9 narras insaniā
qui p re tā graui pallidaq3 tot labores ꝛ picula subeūt Mer.
Solon ille nec auꝝ q̄rit ꝛ q̄ q̄rūt aspnat Cha. Et ille sol9 cer
te sapit qd̄ paulo post ex ipo creso patebit qui auro fidēs auri
grā pibit Nā sil cū regno in manū cyri viu9 pueiet q̄ victoria
cyr9 elat9 q3 pmū ꝛ hūane fragilitatis dabit exēplū. qr p insidi
as ab hostib9 capiet eiusq3 caput vtri humano sanguie pleno
includet. Sed q̄nā est ille clam ydē purpurat9 ꝛ capite dya
demate cict9 q̄ tot9 ex euiscerato pisce anulū reddit. Mer. Po
licrates samioꝝ tyrān9 q̄ supra cūctos mortales se putat eē fe
licē. ꝛ qua decept9 opinione mox ꝛ q3 primū se cognoscet Nā
per meandrū seruū hosti tradet cruciq3 affiget. Et huiōi sane
ludos absq3 intercapedie dat cloto nrā mortalib9. Cha. O ge
nerosa cloto vt trūcas trūca hoꝝ ceruices ꝛ crucifige vt discāt

mortales quo magis extolluntur. eo maiori casu se ruituros. o
capita ridicula. ꝛ tum vel maxime cū eos nisi nudos cymbā
ingredi nō pmisero. sed vestē tyrāni. statim aureā humi dimit
tere iussero. Mer. Qui mare nauigāt q̄ bella gerunt qui iura
dicūt q̄ agros colūt. q̄ cū fenore mutuāt. q̄ quoq; mendicant
eos nisi nudos nō admittes. Cha. Nudos immo oīm rez nu
dissimos. Nūc sane video vitā mortaliū turbinibꝰ varijs. va
rijsq; erroribꝰ plenā esse ac refertā. eorumq; vrbes apum alue
aribꝰ similes in quibꝰ singuli suū habēt aculeū. quo ceu vespe
proximū queq; stimulāt sic quēuis feriūt humiliorē. Turba
vero q̄ circa illos volitat. q̄ sunt? Mer. Spes. metus. egritu
do. leticia. odiū. auaricia. inuidia ac reliq̄ aiorū affectꝰ quibꝰ
deest ignorātia pax ꝛ desidia. Spes tamē ꝛ metꝰ potes sibi
vendicāt ptes. Nā animi affectꝰ nūc eleuādo nūc deprimēdo
cecū illudūt hoīm genꝰ. ac apud inferos cernit tantalꝰ ab vn
da illudi. q̄ si intuitū acriꝰ figes videbis parcas sua cuiq; sta
mina trahere ac tenuissima ceu aranee fila supra singulos de
celo descēdere. Charon. Video probe q̄plura tenuia fila lōge
q; perflexa tum vni tum alteri descendere sup caput. Mercu
rius. Fatorum lege est illa filarū implicitas vt vnius ortꝰ sit
alterius interitus. ꝛ hic illius illic huius fiant heredes. ꝛ cui
angusta existit seges. is locupletis cōsequat bona. ꝛ alius itez
veluti folia q̄ vento mouent. Nā alia humi statim decidunt.
alia sursum ventoꝝ vi eleuātur ꝛ ad terrā itē decidūt. Sic ho
mīes q̄ in sublime tollūtur cū filū pondus neq̄t pferre ingēti
sonitu humi decidunt. Sed q̄ ab humo parū erigitur cū ca
dit sine strepitu cadit eiusq; casus vix ab ipis auditur vicinis
quippe omnes pendent tenuissimo filio. Charon. Ridicula p[ro]
sus hec sunt ꝛ insanie plena. Mer. Quāuis merito sint ridicu
la iureq; spnenda v[er]bis tamē expmi nō posset q̄nto studio ista
exq̄runt. quedū sequunt mors vt vides eos intercipit. cuiꝰ
ministri febris pthisis. laterū dolor gladij aconita. iudices ty
ranni ꝛ alij longe plures morbi accedes ɔtinuo circūueniūt
Verū cū in hos incidūt casus. tūc frequēs illud emittūt. heu
heu o mi heu. Quod si ab initio considerarent. q̄ breui spacio
e vita decedūt. huiōi rebꝰ humi relictis viuerent prudentius
ac minore cum dolore mortem obirent. sed quia putāt ab his

rebus nunq̃ posse auelli cũ mortis ministri eos vocãt egerri
me ferũt nõ secus atq̃ is q̇ domũ edificare festinat. deĩn mor-
te ꝓuentus illã nõ plene structã relinq̇t heredi potiũdã. Alius
itẽ gestiẽs ꝙ sibi natus ẽ fili⁹ amicos ad cõuiuiũ vocat. illi pa
tris nomẽ imponẽs. q̇ si sciret eũdẽ in extrema miseria moritu
rũ. nũq̃ sano iudicio de tali nato letaret᷑. at spe ducit᷑ ꝙ in virũ
euadet. ⁊ victor ex olympia patherã domũ in ꝑmiũ reporta-
bit. Et cũ vicinũ fun⁹ nati videat efferre nõ cõsiderat ꝙ eodeꝫ
et ipse pẽdeat filo Alij de agroꝝ finibꝫ litigãt. alij peculio vigi
lãt. itẽ alijs ĩseruiũt negocijs quorũ vt vides ꝓus plerosq̃ iter
cipit mors q̃ suoꝝ ꝯpotes fiãt votoꝝ. Cha. Hec oĩa cerno et
simul aĩo ꝟto q̇d dulce sit illis ĩ vita. ⁊ q̄ cũ decedũt eaten⁹ in-
dignant᷑. Q̇d si q̇s eos q̇ bti ẽẽ apparẽt acriter ĩspexerit reperiet
amaritudĩs plurimũ: dulcedĩs ꝟo aut nihil aut paꝝ illis inest
Nã met⁹. odia. ire. adulatõis. ĩsidie. ac reliq̃ aĩoꝝ ꝑturbatões
in illis hñt impiũ. ꝑterea luct⁹. morbi. dolores. abũde dñant᷑.
sed vt summatĩ dicã cui rei mortaliũ vitã assimile. Vidisti in
aq̇s ãpullas ex repẽtinis ĩbribꝫ gñari ĩflatões dico ex q̇bꝫ spu
mula q̃dã gñat᷑. Paruꝫ igit᷑ nõnulle in ĩpo ortu destruunt᷑. alie
paulo durãt diuti⁹. alie cũ maiorẽ in modẽ excreuerint ad po
stremũ ⁊ ipse disrũpunt᷑ Nec vt apparet alia ẽ mortaliuꝫ vita
oẽs eñ vitali spũ ĩspirati alij citi⁹. alij tardi⁹ e vita decedũt.
nõnulli sit᷑ ac ẽẽ q̇q̃ desinũt Itaq̃ nature cõstitutũ ẽ lege vt v-
nus oẽs q̇cũq̃ ille sit exit⁹ habeat. Mer. Nõ min⁹ appositã o
charõ ad hoĩꝫ vitã vsus es sĩlitudĩe q̃ homer⁹ q̇ arboꝝ folijs
mortale cõꝑat gen⁹ Cha. Eoꝝ vita cũ tã breuis ĩfirma ac fra
gilis sit cur tã ãpulosi de ꝑncipatu glĩa hõre. diuitijs se inuicẽ
iactãt, p hisq̃ litigãt cõtendũt ac acriter decertãt q̄ oĩa ĩ morte
deserũt humi. ⁊ vnũ duntaxat assem p portorio ferẽtes. ad nos
veniũt. Veꝝ cũ in excelso sum⁹ loco. vñ exaudiri possum⁹ cur
nõ maiori quodã clamore illos admonem⁹ vt se ab ĩsanis ab
stineãt laboribꝫ ac modeste ⁊ q̇ete viuãt aĩo. mortẽ ꝑ oculis sp
habẽtes Si tibi videt᷑ ego ipse alta voce clamabo. illisq̃ dicã
Heu stulti heu ĩsipiẽtes q̇d circa ĩania. tãti aĩmi q̇etudĩe deli-
ratis ⁊ ad res flocci faciẽdas. cur estis solliciti q̇escite iã nec ve
litis ĩsanire vlteri⁹ Nã vita hoĩm breuis ẽ. ⁊ ceu vmbra velo
citer trãsit. Et q̄ in vita sunt eoꝝ ꝑmanet nihil neq̃ ꝟo mouẽt

rerũ humanarũ secũ q̄p̄pⁱā defert sed humi dimittit domos a-
gros aurũ ⁊ cętera fortune bona q̄ de euo in euũ vno tp̄is pun
cto dñ̄os mutant ac possessores ac q̄ scꝫ nud⁹ ad nos ꝑficiscit̄
Si tales audiãt admonitões. nõne putas illis ꝓfuturũ. ⁊ ad
reliquũ vitę tp̄s eos fore prudẽtiores. Mer. O fortunate cha
ron. ad hãc acuto opus erit cerebro. Naꝫ erroribꝫ ⁊ ignorãtia
artius aures habẽt occlusas q̄ꝫ vlyxes pice suis obturauerit
comitibꝫ ne audirẽt syrenũ cãtiones. Quippe qđ apud vos in
feros p̄t letheus. id apud hos ignorãtia facit. Sunt vero ple-
riqꜫ sed hi q̄dem pauci q̄ picẽ auribꝫ nõ recipiũt sꝫ ṽitati acq̄e
scũt. Hi acutis oculis hęc caduca intuẽtes ea vt rõ approbat
et dictat floccifaciũt ac ꝓ nullo habẽt Cha. Hos igit̄ admone
amus Mer. Superuacuũ eẽt quę quis tenet ea illum ip̄m ad
moneri. Nã vt vides isti hęc caduca ridẽt ab illisꜫ se abdicãt
de vitę curriculo solũ cõsulẽtes hãc ob rẽ vulgo ꝓ insanis re-
putãtur. Cha. Egregi⁹ sane est. q̄squis tandẽ ille vir sit Mer.
Immo egregissim⁹ sꝫ p̄ter Solonẽ his tp̄ibꝫ nemo: vl̄ admo
dũ pauci. verũ. iã abeamus. Cha. Sed nũc q̄so quisnã ille est
qui bis tincta murice purpurea veste redimitus ⁊ auro. ingẽ
tem lrãtorum gregẽ secũ tacitus cũ murmure vehit. Mer. Il
lũ crede. mortales aiunt magni europę regis insignem sigilli-
ferũ esse. qui graue iugum ⁊ suis viribus impar. reruꝫ regi cõ
sulendarũ oĩm frustra ꝓprio conatur submittere collo. Charõ
Heu miserum illum qui pęnas acherontis nigri vincere cuꝫ
proprio viuus infando scelere certat. Sed mihi iam fas est il
lorum conditionem scrutari quos veluti vmbras silentes vi
uo in lumine cerno. hoc illud properanter age. Mercurius.
Ubi nam cernis? Charon. Illic ex obliquo fige intuitũ. Mer
curius. Habeo. curiales sunt. qua pro re longiore opus esset
sermone q̄ꝫ dudum. Charon. q̄ꝫ ob rem. Mercurius. Ea pro
pter qꜫ simulata virtus maiori indiget definitione q̄ꝫ occulta
tum scelus. Charon. Nescio hercule quid sibi vult hic obscu
rus sermo. Mercurius. Rem omnem si libet seriose audies et
vitam ⁊ mores eorum cognosces. ⁊ qualis illorum futurus e
vita erit fortunatus exitus. Charon. Aures arrigo. Mercu-
rius. Hi ambitiosi deorum vera religione spreta primum su
is perdite. Demum alijs opibus improbe cõsumptis partaꝫ

Item piramides dr q inferius [con]latis
et superius [con]pactis sicut [illegible]
Item melioratio in dulce potus [illegible]

alieno labore gratiam vndiq; sibi vendicāt. Alios ceca stoliditate contemnūt. medios. sacrilegos temeritate aspnantur. ꝛ humiles suo admodū studioso fastu depmūt. ꝛ si minimis vix sufficiāt ꝙ tamē magna impudēter audent hi dolis. atq; quodam cōficto. veluti vulpeculaꝝ more humilis cōditōis. ꝛ imminētis ruine immemores ad publicū erariū ministrandū. cuius rei cōtagiose inexpti. impares cōscēderūt. Cha. Quid tu? Mer. Sile si potis es. Cha. possum equidē. Mer. Hi cū omnibꝫ vulpinā simulantes amiciciā mutuo letaliter emulantur odio. suis tegnis ꝛ fraudibus incautas sibi insidias parant. et proprijs tandem exigentibus culpis curialium quotidiano more proditoris fores postridie vltro condent. ꝛ cruentis cerebri faucibus sese semineces deglutiendos dabunt. Charon. Ha ha ꝙ magnum risum suo casu pcipiti nostris stigis curiales dabunt. Mer. Sic est oīm ipsorum curialium impiorum vsus. Charon. Unum abs te scire velim quod cū ostēderis satisfactum mihi esse accumulate dicam. Mercurius. Quid illud. Charon. Quid nam est illud quod appellant cadauerū apothecas. Mercurius Apothecas appellant monumenta tumbas pariter ꝛ sepulchra quippe aggeres illi vbi cernis statuas ac pyramides in suburbijs structas sunt mortuorum hospitia ꝛ cadauerum horrea siue palacia Charon Ad quid illa coronāt saxa eaq; vngēto liniūt. ꝛ ante tumulum piras statuentes cenas adolent sumptuosas vinum effundēdo ac mellicratum. Mer. Mortuorum grā his rebus inseruiūt. sed quid hec illis prosint nō video. nisi fortasse putēt vmbras nidorem victime ac fumum libare ꝛ de fouea bibere mellicratum. Charon. Illos bibere aut manducare aut viuentiū officia agere quorū capita sunt sicca ac per arida esset extrema dementia putare cum sepultus a sepulchro differat nihil. ꝛ omnes pari gradu apud inferos habeātur Sane pirrus ꝛ vlixes agamennon ꝛ tersites ayax preterea ꝛ achilles teste cadauere magis sunt aridi ꝙ in pratis fenū estatis tpe medio. Mercu. Homerus pfecto magis tibi notus ꝙ putarā. At pspicis qd apud sigeū apparet. illud est achillis sepulchrū. e cōspectu pro alterū ē ayacis apud iethū. Cha. Parua qdem illa sunt. ceterū ex quo cepisti ostēde mihi vrbes eas quas audio lōge īsignes.

Ninuen sardinapolim. vrbē Babyloniā micenas. cleonas
et ip̄m ylion homeri poemate ꝯmendatū. Equidē memini to
to illius belli decennio animas heroū trāsuexisse eo ꝙ frequēs
sentinā siccare nedū quiescere nō fuit ociū. Mercurius Nini
ue omnino periȷ̄t nec eius vlla extāt vestigia Babylon ea est
quā cernis turrib' ornatam ac ingenti murorū ambitu muni
tam. Ea quondā extiterit loco paulo post ambigetur. Ilion ia
cet insigne crematū. de quo probe dici potest illę quondā fuere
fęlices nūc penitus solo equatę. Quippe o Charon vrbes ceu
homines vnus ⁊ idem exitus habet. Charon. O laudes ⁊ vo
ce homeri sacrum ylion a bene structę fabreq̄ factę cleonę. Cę
terum quos cerno bellantes quę nā sunt aut quid mutuis se
vulneribus interimūt? Mer. Argiui ⁊ lacedemonȷ̄ qui de a
grorum terminis nūc viribus decertant. Et quem cernis exa
nimatum dux est exercitus. Otrides. cuius nouum asscribi-
tur tropheum Charon. Stulti vltro sunt citroq̄ pariter stul
ti. Nam stulti ignorant ꝙ si vniuerso potiantur peloponesso.
vix vnius pedis locum cum ad nos venient accipient ab eaco
et alȷ̄ aliquando aderunt cultores qui illud tropheuꝫ aratro
funditus euertent. Mercurius. Ista sic futura sunt. sed descē
damus iam ac montibus suo loco repositis. tu quidem naui
culam. ego vero ad iussa iouis exequenda abeamus. quibus
exactisq̄ primum veniam ad te. ⁊ vita functos afferaꝫ. Cha
ron. Fecisti probe o mercuri. sane pro hoc tuo in me obsequio
tibi i sum perpetuo obnoxius. Nam digito vt aiunt ostendisti
reges. lateres aureos. pugnas tumbas pariterq̄ hec catum-
bas ac reliquos mortalium actus. qui postremo cuꝫ ad me de
ueniant omnes. ante obitum tamen verbum de Charone fa-
ciunt nullum.

Luciani dialogus q̄ inscribitur maior Charon latinus
per Phyniciū denuo factus ad reuerēdissimuꝫ patrem dn̄m
Joannem Cardinalē episcopū Morinēsem finit fęliciter.

O.1179